



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 109. Petrus Florentiam reverti ab amicis rogatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

minime suffragatos esse, tandem Petro Sæcul. XV. A.C. 1494.
urbis suæ asyllum, victumque præbebant, 1494
haud ultra malorum memores, quibus
olim Cosmas Medicæus ejusdem Proa-
vus Venetos vexasset.

§. CIX.

*Petrus Florentiam reverti ab amicis
rogatus.*

Ad honestandam seditionem Florentinis
jam satis grave videbatur crimen,
quod Medicæi Florentia aufugissent; un-
de illos velut publicos hostes insectan-
tur, eorum vitam proposito occisoribus
præmio addicunt, bona ipsorum proscri-
bunt, palatium totius Europæ longe ma-
gnificentissimum diripiunt, statuas pene
innumeras, picturas, libros, numismata,
quibus abundabat, dispergunt, ac diffi-
pant, eorumque scrinia in frustra con-
cidunt: Nec tamen cunctis hisce furen-
tis populi insolentiis Petri fautores, quo-
rum plurimos Florentiæ numerabat, a-
nimo franguntur, sed omni ope, & opera
eundem pristino honori restituere adla-
borant, ut vero consiliis magis expeditus
adspiraret successus, suis studiis devovent
Philippum Bresciæ Comitem Sabaudia
Ducis patruum, qui apud Carolum Re-
gem plurimum gratia, atque auctoritate
valebat: Hic ergo Regi exponit, quod
Hist. Eccles. Tom. XXX. Qq Pe-

Sæcul. XV. Petrus Medicæus, quamvis adver-
A.C. 1494. sæ fortunæ invidia premeretur, haud
 parum tamen existimatione floreret, atque in cunctis urbibus, ubi com-
 mercia vigent, potentes haberet amicos, necnon is solus, si dignitati suæ reddere-
 tur, nullo negotio tantam pecuniæ sum-
 mam comparaturus foret, quantam vel
 unquam Galli a Florentinis expetere va-
 lerent, a quibus aliunde sine seditionis
 periculo nonnisi ægerrime centumaureo-
 rum millia extorqueri possent.

§. CX.

Petrus ad Regem venire sollicitatus.

*Comm. ut su-
 pra p. 42.*

Res ad Senatum delata matura delibe-
 ratione discutitur; interim vero Ca-
 rolus Petro, ut eum adiret, datis literis
 significat, pollicitus, se eum imperio suo
 restitutum. Hæc Epistola Regis Bo-
 noniam, ubi Petrus adhucdum hæere
 credebatur, ad Cardinalem de Medicis
 tum ibi agentem mittitur, a quo eam
 Petrus Venetiis accepit, illiusque perle-
 gendæ copiam Venetis fecit. Hi probe
 intelligentes, Gallos a subigendo Neapo-
 lis regno sola pecuniarum penuria præ-
 pediri, nec alium Petro potentiorum esse,
 qui Regis egestati subveniret, propriæ
 suæ utilitatis haud obliti, Medicæo ex-
 ponunt, omnem ipsi securitatis spem præ-
 cisam